Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36886
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

9

tis. D. tal' comes. sal' et prosperos prosperis cumulare. Duces sic se salutant.

Magnifico et potenti viro domino G. honoratissimo comiti palatino. quem decus et honor fama liberalitatis probitatis et specialiter approbat. C. comes tal' loci. sal' et omnia que desiderat optinere. Magnati sic subditis scribunt.

A. dei gratia illustris rex francorum. l' dux. marchio. comes. l' princeps. l. de tali loco suo fideli. salutem et bonam voluntatem. Milites inter se.

Dilecto et potenti viro. l' nobili et illustri. magnifico. et preclaro ac strenuo. domino h. fortarie. inclita discretione conspicuo. dignis laudibus commendato. l' nobili et potenti viro domino R. militi castellano quem fama militaris decorat et gratia recommendat. R. salutem et promptitudinem serviendi. l' de gradu prosperitatis ad gradum altiorem de l' ascendere peroptatum. Cum scribit romanorum imperatori.

B. dei gratia victoriosissimo romanorum imperatori et semper augusto. D. eadem gratia rex francorum. sal' et obsequium. Illustrissimo et feliciter triumphanti domino. C. dei gratia serenissimo et karissimo romanorum imperatori et semper augusto. D. eadem gratia alme urbis senator illustris. sal' et sui sinceri famulatum et amorem. l' tal' dux. l' tal' comes l' princeps. sal' et quicquid pro sinceris et honoris. l' dicas. a. potestas cremone consilium et populus civitatis permittit fideles intime famulatum. l' si vasallus fuerit. sic dicas. A. de tali loco fidelis vasallus diu feliciter vivere l' regnare. l' debitum fidelitatis in omnibus famulatum.

Gloriosissime ac serenissime domine. C. dei gratia romanorum. Cum scribit imperatrici. imperatrici. ac semper auguste. D. potestas et consilium bononie civitatis eius subditi et fideles tam promptum quam devotum in omnibus famulatum. Duci venetiarum.

Duci venetiarum sic scribit. preclaro ac magnifico viro domino. P. duci venecie. dalmachie. chroatie. domino quarte partis imperii romani duci felicissimo. A. potestas consilium et populus civitatis bononie. sal' et longitudinem dierum et vite. l' salutem et optata felicitate beari. et hunc modum sciabunt salutando alias sublimas partes ut in precedentibus continetur. Imperator sic scribit.

G. dei gratia romanorum imperator et semper augustus magnifico viro constantino pulitreno et semper augusto sal' et amorem et pacem. Regibus autem dicit. sal' et omne bonum et inde de amicis quibus vult. Item.

Imperator sic scribit suis fidelibus. F. dei gratia romanorum imperator et semper augustus nobili viro marchioni montis fortis fideli suo. l' nobilibus et dilectis viris